Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 81.

Cod: CCXXX.

Membran: 4. Saec: 15. 2 7.3.

1. Fol: 1a–9b.

Hugonis de S. Victore de domo inter: seu de conscientia.

Hugonis de S. Victore liber de domo interiori, seu de conscientia. Inscriptio est: "De domo conscientie hugo. Initium: "Domus hec in qua habitamus:" Verum Hugonis non esse diximus in Cod: CCV. n. 1.

2. Fol. 9b–12b.

L: Annaei Senecae liber de 4. virtutibus.

L: Annaei Senecae liber de quatuor virtutibus cardinalibus. Incipit: "Quatuor virtutum species multorum sentenciis diffinite sunt." In indice asseri antico inscripto Senecae tribuuntur, et in fine operis additum: "Explicit Seneca". In antiquis editionibus Opp: Senecae, ex quibus perraram Bibliotheca nostra possidet (: Tarvisii per Bern: de Colonia, 1478.:) plerumque extat. Nihilominus supposititium esse inter eruditos constat, quibus Martinus Braccarensis genuinus hujus operis parens audit. Consule Isidorum Hispal: de Script: eccles: cap: 22. Vincentii Placcii Pseudonym: part. 2. pag: 584. Fabric: Bibl: lat: T. I. l. 2. c. 9. p. 435. Caeterum id ipsum opusculum ab Isidoro tulit nomen de differentiis quatuor virtutum, ab aliis formula honestae vitae; quod ultimum ab ipso Authore operi suo impositum esse docet epistola dedicatoria Martini ad Mironem Galliciae regem, quae quidem in Codice nostro desideratur; legitur autem in d. Scherii Spicileg: T. III. p. 312. Opus ipsum exhibet Bibl: Max: P. P. Lugdun: T. X. p. 328. Vide etiam Michael Denis Nachtrag zur Buchdruckergeschichte Wiens p. 46.

Martinus Braccarensis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 82.

Martinus Pannonius, ex Dumiensi in Galli-
cia Abbate Archiepiscopus Braccarensis in
Lusitania diem obiit anno 580. De illo consu-
lendus Mabillonius T. I. Act: Sanctorum Ord:
Bened: Saec: I. ad annum 580.

3. Fol: 13a – 20a

S. Augustini liber de vita christiana. Fastidiq Brito.

Rubrica praecedit: "Augustinus de vita Xta-
na." Initium est: "Ego Augustinus primus pec-
cator et ultimus." Non Augustini sed Fa-
stidii Britonis esse diximus in Cod: CXCIV.
n: 5.

4. Fol: 20b – 22a

S. Augustini liber de contemptu mundi.

S. Augustini liber de contemptu mundi. Absque titulo incipit: "Audite fratres Karissi-
mi salutiferam patris nostri doctrinam." In
fine rubro concluditur: "Explicit liber sancti
Augustini Episcopi de contemptu mundi ad
Clericos." Extat inter opp: S. Augustini
edit: Maur: T. VI. in append: col: 293, eum-
que editores non Augustini, sed incerti
adhuc authoris esse dicunt. Extat etiam
in Cod: CCV. n: 11.

5. Fol 23a – 26b.

Tractatus de cognitione animae

Tractatus de cognitione animae. Rubrica
est: "Hic incipit tractatus de cognicio-
ne anime et suarum potenciarum genera-
lis." Incipit: "Innocencius papa dicit // Mi-
serum est res propter nos factas cottidie
spectare et cum jumentis quid sint peni-
tus ignorare." In fine hujus tractatuli di-
cit author anonymus: "Cetera de talibus
quere in compendio theologice veritatis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 83.

S. Benedicti tractatus de 4 gradibus spiritualis exercitii.

6. Fol. 26b–29a.

Rubrica est: "Incipit tractatus Beati Bernhardi de 4 gradibus spiritualis exercicij. initium: "Cum die gradam". Ad calcem hujus tum est: "Explicit tractatus Beati Bernhardi de 4 gradibus spiritualis exercicij sive scala claustralium". Codex hic opus mutilum continet. ejus vero authorem esse Guigonem Carthus: et alia plura dixi in Cod. CXLII. n:o.

7. Fol. 29b–34a.

S. Augustini liber de conflictu virtutum et vitiorum.

S. Augustini liber de conflictu virtutum, et vitiorum. Incipit: "Apostolica vox clamat per orbem". In fine: "Explicit liber Augustini de conflictu virtutum et vitiorum". Editus inter Opp. S. Augustini edit: Maur. T. VI. in Append. col. 219. ibique in praevia admonitione dicitur modo Augustino, modo Ambrosio, jam Leoni M. jam Isidoro Hispalensi attributus; verus autem ejus author Ambrosius Autpertus, Abbas S. Vincentii in Samnio Ord. S. Benedicti, qui obiit ao 778; in ejus tamen locum ponendum putat Fabricius Bibl: m: & i. lat. T. I. p. 87. c. 2. Ambrosium Autpertum Abbatem Casinensem abao 834–837, cui contraire videtur Petrus Diaconus de vir: illustr: Cassin. c. 13. Vide Riegelbauer hist: litter: Ord. S. Benedicti par: III. p. 60.

Ambrosius Autpertus Abb: S. Vincentii

Ambros: Autpert Abb: Casinensis.

8. Fol. 34a–44b.

Hugon: de S. Victore de 12 abusionibus claustr.

Inscriptio est: "Incipit tractatus Hugonis de Sancto victore de duodecim abusionibus claustri et sequitur prologus" ejus initium est: Duodecim sunt abusiones claustri quibus tota

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 84.

„ suma religionis corrumpitur i Prelatus negli-
„ gens discipulus inobediens, Juvenis otiosus, Se-
„ nex obstinatus, monachus curialis, monachus
„ causidicus, habitus preciosus, cibus exquisitus,
„ Rumor in claustro, Lis in capitulo, dissolucio
„ in choro, Irreverentia juxta altare." Extat in-
ter Opp. Hug: de S. Victore edit: Mogunt 1617.
T. II. p. 44. ubi libri 2di de claustro animae con-
stituit caput 11 & seqq: Verum non illius, sed
Hugo de Folieto. Hugonis de Folieto esse ex Trithemio de Scrip:
eccl: Cap: 374. et Labbeo T. I. de Script: eccles.
p. 482 notavit Fabric: in Bibl: m: et i: Latin:
T. III. p. 294.

Hugo de Folieto, aliis Benedictinus, ali-
is Canonicus regul: Corbejensis Cardinalium
purpura decoratus est circa annum 1140.
Vide ab Eggs purpura docta T. I. p. 75.

9. Fol. 45a – 68b.

S. Bernardi Sti-
mulus amoris. Rubrica est: "Hic incipit liber Beati Bern-
ardi de Stimulo amoris." Incipit: "Currite
„ gentes undique." Henrico de Palma probabi-
lius adscribi oportere dixi in Cod: CXLII. n. 2.

10. Fol. 69a – 150a

Henrici de Vri-
maria liber de
perfectione in-
terioris hominis. Henrici de Vrimaria liber de spirituali per-
fectione hominis interioris. Huic libro alius
uti videtur sequentem praemisit prologum:
„ Istum librum pro honore dei et edificaci-
„ one legencium studiose concepit magister
„ Haynricus de Vrimaria sacre theologie pro-
fessor ex libris collacionum et institucio-
(a) potissimum Cassiani. num Sanctorum patrum (a). In quo plurima
puncta continentur quevel ad propriorum
defectuum recognicionem, vel ad morum
reformacionem, vel ad perfectam mundi
renunciacionem, vel ad divinarum scrip-
turarum profundam cognicionem, vel ad

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 85.

„mentis devote firmam devocionem, vel ad ejusdem mentis summum excessum et contemplacionem, vel ad divine dulcedinis pregustacionem pertinent, succincte et lucide continentur ut in processu libri clarius apparebit. Et quia omnia predicta interioris hominis perfectionem respiciunt ideo rationabiliter istum librum intytulandum de spirituali perfeccione interioris hominis duxi. — — Qui quidem liber continet XXiiij libros parciales juxta titulos infra scriptos." Hunc sequitur index librorum, quem excipit alter prologus ipsius authoris, nempe: "Quia multa predicabilia pulchra et utilia". Capituli autem primi initium est: "Quia menti racionali virtutes non possunt inseri." Finito opere, et post elenchum cujuslibet libri capitulorum legitur subscriptum: "Explicit liber de perfectione interioris hominis studiose conceptus per Magistrum Heynricum de Vrimaria sacre theologie professorem ex libris collacionum et institucionum sanctorum patrum." Ejusdem operis meminit Trithemius de Script: Eccl: cap: 587. sub nomine Flores ex collatione Patrum, idque, sed perperam, distinguit ab opere de perfectione hominis. Fusius autem de illo agit Ossinger in Bibl: Augustin: p: 953.

II. Fol. 151a – 161a

S. Augustini Sermo de disciplina christiana.

S: Augustini Sermo de disciplina christiana. Incipit: "Locutus est ad nos Sermo Domini." Extat inter Opp: S: Augustini edit: Maur: T. VI. col: 581. sed locupletior ac in codice nostro.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 230

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27581

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)